Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Terentii Andria Germanice Reddita et Scholijs illustrata. Ioann. Agri. Isleb. Avtore

Terentius Afer, Publius

Berlin, 1544

Actvs secvndi scena prima

urn:nbn:de:bsz:31-129051

Visual Library

ACTVS SECVNDI SCENA. PRIMA.

Trochaici, & Iambici quidam, partim Tetrametri, partim Senarij.

CHARINVS	adoleſcens.
BYRRIA	ſeruus.
PAMPHILVS	adoleſcens.

Quid ais Byrria?
Datur ne illa hodie Pamphilo, Dimeter.
Nuptum? Byr. ſic eſt. Cha. qui ſcis?
BYR. apud forum modo
De Dauo audiui. CHA. ve miſero
mihi, vt animus in Spe, atq; in timore
vſq; antehac attentus fuit,
Ita, poſtq; adempta ſpes eſt, laſſus, Cura
confectus ſtupet.
BY. Queſo ædepol Charine, quando id
fieri quod vis non poteſt,
Velis id quod poſſit. CH. nihil aliud,
niſi Philumenam volo.
BY. Ah quanto ſatius eſt, Monometer.
Te id dare operam, qui iſtum amorem
ex animo amoueas tuo.

Quam id loqui, quo magis libido
fruſtra incendatur tua?

CHA. Facile omnes, quom valemus,
recta conſilia ægrotis damus.

Tu ſi hic ſis, aliter ſentias. BYR. age
age, vt lubet. CHA. ſed Pamphilum

Video. omnia experiri certum eſt, pri-
us quã pereo. BYR. quid hic agit?

CHA. Ipſum hunc orabo. huic ſuppli-
cabo. amorem huic narrabo meum.

Credo, impetrabo, vt aliquot nuptijs
prodat dies.

Interea fiet aliquid, ſpero. BYR. id ali-
quid nihil eſt. CHA. Byrrhia,

Quid tibi videtur? adeon ad eũ? BYR.
quid ni? ſi nihil impetres,

Vt te arbitretur tibi paratum mœchũ,
ſi illam duxerit.

CHA. Abi hinc in malam crucem cum
ſuſpicione iſthac, ſcelus.

Pam. Charinum video. ſalue CHA.
O ſalue Pamphile.

Ad te

Ad te venio, ſpem, ſalutem, auxilium,
conſilium expetens.
PAM Neq; pol conſilij locum habeo,
neq; auxilij copiam.
Sed iſthuc quid nam eſt? CHA. hodie
vxorem ducis? PAM. aiunt CHA.
Pamphile,
Si id facis, hodie poſtremum me vides.
Pam. quid ita? CHA. hei mihi,
Vereor dicere. huic dic quæſo Byrrhia.
BYR. ego dicam PAM. quid eſt?
BYR. Sponſã hic tuã amat. PAM. næ
iſte haud mecũ ſentit. ehodũ dic mihi,
Nunquid amplius tibi cum illa fuit,
Charine? CHA. ah Pamphile,
Nihil. PAM. quam vellem. CHA.
Nunc te per amicitiam, & per amorem
obſecro,
Principio vt ne ducas. Pam. dabo equi-
dem operã Cha. ſed ſi id non potes,
Aut tibi nuptiæ hæ ſunt cordi. Pam.
Cordi? Cha. ſaltem aliquot dies.
Profer, dum proficiſcor aliquo, ne vi-
deam. Pam. audi nunc iam.
Ego Charine neutiquam officium eſſe
liberi puto,

Quæ

Quō is nihil promereat , poſtulare id gratiæ adponi ſibi.

Nuptias effugere ego iſtas malo, quam tu adipiſcier.

CH. Reddidiſti animū. PAM. nunc ſi quid potes, aut tu, aut hic BYRRHIA

Facite, fingite, inuenite, efficite, qui detur tibi.

Ego id agam , mihi qui ne detur. CHA. ſat habeo. PAM. Dauom optime

Video, cuius conſilio fretus ſum. CHA. At tu hercle haud quidquam mihi.

Niſi ea , quæ nihil opus ſunt ſcire. fugin hinc ? BYr. ego vero. ac lubens.

ACTVS SECVNDI SCENA PRIMA.